

indigeat disponi ad alteru tria requiruntur. Primo quidem ut id quod disponitur sit alteru ab eo ad quod disponitur et habeat ad ipsum ut potentia ad actum. unde si aliquid sit cuius natura non sit disposita ex potentia et actu cuius substantia sit sua operatio et ipsum sit propter seipsum ibi habitus vel dispositio locum non habet sicut patet in deo. Secundo requiritur quod id quod est in potentia ad alteru possit pluribus modis determinari et ad diversa. unde si aliquid sit in potentia ad alterum ita tamen quod non sit in potentia nisi ad ipsum ibi dispositio et habitus locum non habet. quia tale subiectum ex sua natura habet debitam habitum ad tale actum. unde si corpus celeste sit dispositum ex materia et forma cum illa materia non sit in potentia ad aliam formam ut in primo de celo est. non habet ibi locum dispositio vel habitus ad formam aut etiam ad operationem. quia natura celestis corporis non est in potentia nisi ad unum modum determinatum. Tertio requiritur quod plura determinentur ad disponendum subiectum ad unum eorum ad que est in potentia que diversis modis commensurari possunt ut sic disponatur bene vel male ad formam vel ad operationem. unde qualitates simplices elementorum que sunt unum modum determinatum naturis elementorum determinentur non dicimus dispositioes vel habitus simpliciter qualitates. Dicimus autem dispositioes vel habitus sanitatem pulcritudinem et alia huiusmodi. que importat quadam commensurationem plurium que diversis modis commensurari possunt. propter quod philosophus dicit in 10. methaphisicorum quod habitus est dispositio et dispositio est ordinatio presens vel secundum locum vel secundum potentiam vel secundum ipsum. ut secundum deum est. quia multa sunt entium ad quorum naturas et operationes necesse est plura currere que diversis modis commensurari possunt. ideo necesse est habitus esse. Ad. j. q. 55. q. 2. per formam phantasiae natura rei. si oportet quod in ordine ad ipsam formam disponatur subiectum aliqua dispositio. ipsa tamen forma ordinatur ulterius ad operationem que est finis via in fine. et siquidem forma habeat determinate unam tamen operationem determinatam. nulla autem dispositio requiritur ad operationem propter ipsam formam. si autem sit talis forma que possit diversimode operari si cut est anima. oportet quod disponatur ad suas operationes per aliquos habitus. Ad. 11. q. 1. deum quod potentia quod se habet ad multa. et ideo oportet quod aliquo alio determinetur. si vero sit aliqua potentia que non se habeat ad multa non indiget habitu determinante ut deum est. et propter hoc vires naturales non agunt actus nec mediatis aliquibus habitibus. quia secundum se ipsas sunt determinate ad unum. Ad. 11. q. 2. quod non ideo habitus se habet ad bonum et malum sic infra patebit. eadem autem potentia se habet ad bonum et ad malum. et ideo necessarii sunt habitus ut potentia determinetur ad

deinde considerandum est de subiecto habituum. Et circa hoc queruntur tres. Primo verum in corpore sit aliquis habitus. Secundo verum anima sit subiectum habitus secundum suam essentiam vel secundum suam potentiam. Tertio verum in potentia sensitive potest esse aliquis habitus. Quarto verum in ipso intellectu sit aliquis habitus. Quinto verum in voluntate sit aliquis habitus. Sexto verum in angelis sit habitus.

Ad. j. sic proceditur. videtur quod in corpore non sit aliquis habitus. ut enim dicit commentator in 11. de anima habitus est quo quis agit cum voluerit. si actioes corporales non subiacent voluntati cum sint naturales. ergo in corpore non potest esse aliquis habitus. Sed omnes dispositiones corporales sunt facile mobiles. si habitus est qualitas difficile mobilis. ergo nulla dispositio corporalis est habitus. Sed omnes dispositiones corporales subiacent alteri sensui. si alteratio non est nisi in tercia specie qualitatis quod dicitur contra habitum. ergo nullus habitus est in corpore. Si contra est quod philosophus dicit in predicamentis sanitatem corporis vel infirmitatem insanabilem habitum nominari. Respondeo. dicitur quod sic super deum est. habitus est quedam dispositio alicuius subiecti existentis in potentia vel ad formam vel ad operationem. secundum ergo quod habitus importat dispositionem ad operationem. nullus habitus est principaliter in corpore sic in subiecto. omnis enim operatio corporis aut est a naturali qualitate corporis aut est ab anima mouente corpus. quantum ergo ad illas operationes que sunt a natura non disponitur corpus per aliquem habitum. quod vires naturales sunt determinate ad unum. deum est autem quod habitus dispositio requiritur ubi subiectum est in potentia ad multa. operationes vero que sunt ab anima per corpus principaliter quidem sunt ipsius anime. sedario vero ipsius corporis. habitus autem proportionatur operationibus. unde ex hislibet actibus huiusmodi habitus causantur ut de 10. methaphisicorum. et ideo dispositiones ad tales operationes principaliter sunt in anima. In corpore vero potest esse sedario in quantum se corpus disponitur et abilitatur ad primum per se in eundem operationibus anime. si vero loquimur de dispositione subiecti ad formam. sic habitus dispositio potest esse in corpore quod operatur ad animam sic subiectum ad formam. et si non sanitas et pulcritudo et huiusmodi habitus dispositioes dicitur non tamen perfecte habent rationem habituum. quia cause eorum ex sua natura de facili mutantur sicut sunt. Alexander vero posuit nullo modo habitum vel dispositioem proprie spiritui esse in corpore ut simpliciter referunt commentator predicamentorum. si dicatur anima proprie qualitatis potest tamen ad animam. Et quod aristoteles inducit in predicamentis de sanitatem et egestudine non inducit quasi si pertineant ad primam speciem qualitates. si per modum exempli. ut sit sensus quod sic egestudo et sanitas potest esse facile vel difficile mobiles. ita etiam qualitates proprie spiritui que dicitur habitus et dispositio. Si potest esse contra intentionem aristoteles. tamen quia eodem modo loquendi videtur explicatio de sanitatem et egestudine et virtute et scientia tamen quod in 10. methaphisicorum. expresse ponit inter habitus pulcritudinem et sanitatem. Ad. j. q. 55. q. 2. deum quod obiectio illa procedit de habitu secundum quod est dispositio ad operationem et de actibus corporis que sunt a natura. non autem de hiis que sunt ab anima quorum principium est voluntas. Ad. 11. q. 1. deum quod dispositiones corporales non sunt simpliciter difficile mobiles. propter mutabilitatem causarum corporali. potest tamen esse difficile mobiles per operationem ad tale subiectum quod est. tali subiecto durare amoueri non potest vel quod sit difficile mobiles per operationem ad alias dispositiones. si qualitates difficile mobiles sunt anime simpliciter propter immobilitatem subiecti. et ideo non dicitur quod